barbarorum[a] Arrianorum, qui universas fere destruxerunt[b] ecclesias[b] in Affrica et in[c] Oriente et[d] in Grecia; in qua omnes, qui fidem ecclesie[e] Romane[e] non habent[f], heretici reputantur. Et sic vix duo rami remanent[g]. Ut[h] artius[i] dicatur[h], in veteri arbore sola tribus Iude[j] remansit, ex[k] qua nascitur Christus; in hac secunda[l] remanet solus ecclesie Romane ramus, in qua sine omni[m] heresi creditur et honoratur Christus.

In prima arbore continentur a stipite usque ad Christum LXIII[n] generationes[n] carnales; a stipite secunde arboris usque ad Christum iudicem LXIII[o] spirituales; verumtamen[p] ille medie, que sunt finis prime et stipes secunde, partim[q] carnales sunt[q], partim spirituales[pr]. XLII[s] inferiores sunt tantum carnales, XLII superiores tantum spirituales[s]. Inferiores[t] designantur nominibus patrum, superiores vero numeris[u] terdenariorum[u]. Putant enim, quod totidem generationibus spiritualibus duret ecclesia, quot carnalibus sinagoga.

Cum ergo[v] a nativitate[w] Christi complete sint hoc[x] tempore[y] XL generationes, id est MCLXXVI[z] anni[aa], non[bb] restant[cc] nisi due generationes complende, id est anni LX[dd]: quasi[ee] duo terdenarii[ff], in quibus[gg] impleri[hh] oportet[h] quicquid[ii] de Antichristo dicitur[jj] et de consummatione seculi[kk]. Conpletis vero his[ll] LX annis, erit in Dei[mm] voluntate, quando sit[nn] finis[oo]. Quod tempus a[pp] Daniele dicitur[p] XLV

---

a) *folgt* et Z b-b) ecclesias destruxerunt P_{10} c) *fehlt* P_{10} d) *folgt* etiam P_{10} e-e) Romane ecclesie α f) *folgt* et V_4 g) *folgt* in secunda Z, *folgt* et P_5 h-h) vel ut verius dicatur vel arctius P_{10} i) Arius P_5, Arrius V_4 j) Iuda V_4 k) de V_4 l) vero P_{10} m) *fehlt* V_4 n-n) generationes XLtres P_{10}, XLII generationes α o) Xltres P_{10}, XLII V_4 p-p) *fehlt* P_5 q-q) fehlt V_4 r) *folgt* sunt V_4 s-s) *fehlt* α t) inferioriores V_4 u-u) terdenariorum numeris P_{10} v) vero V_4 w) vel melius a passione V_4 x) *folgt* nostro V_4 y) *folgt* fere P_{10} z) milleducenti P_5, MCC V_4 aa) *fehlt* V_4 bb) nec P_5 cc) remanent P_{10} dd) *folgt am Rand mit Verweiszeichen* a passione V_4, *folgt im Text* vel LXXXX a nativitate V_4 ee) id est Z ff) tredenarii P_5, ternarii V_4 gg) quo P_{10} α hh-h) oportet impleri Z, *folgt* omne V_4 ii) que P_{10} jj) dicentur P_{10} kk) *folgt* Unde versus: Cum fuerint anni transacti mille ducenti et seni decies post partum virginis alme, tunc Antichristus nascetur demone plenus. V_4 ll) *fehlt* P_5, *folgt im Text* a passione V_4, *folgt am Rand mit Verweiszeichen* Domini mille CC V_4 mm) Domini V_4 nn-n) erit V_4 oo) *folgt* mundi V_4 pp-p) dicitur in Daniele α